



# Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

## Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

**Danskernes Historie Online** er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

### Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

### Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

### Links

Slægtsforskeres Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

Indbydelseskrift

til

den offentlige Examen

Kolding lærde Skole

i Juli 1852.

---

Kjøbenhavn.

Trykt hos J. D. Svist.

# Indbydelseskrist

til

# den offentlige Examen

i

## Kolding lærde Skole

den 16de—21de Juli 1852.

---

1. De vocibus et locis quibusdam scriptorum Latinorum in lexicis plerisque non satis recte explicatis. Part. IIda. Scr. *C. F. Ingerslev*.
2. Skolefterretninger af Rector Professor *Ingerslev*.

---

Kjøbenhavn.

Trykt hos J. D. Oviét, Bog- og Kobettrykker,

Bastuestræde Nr. 124.

**I.**

**De vocibus et locis quibusdam scriptorum Latinorum  
in lexicis plerisque non satis recte explicatis.**

**Part. II.**

---

Scriptisit

**C. F. Ingerslev,**  
Mag. Art.

---

**Q**uod duobus abhinc annis, examini quod dicunt publico scholæ Coldingensis prolusurus, facere institui, ut specimen darem eorum, quæ in lexico Latino-Danico a me tunc recens edito corrigere et rectius quam priorum lexicorum auctores explicare conatus eram\*), in eo nunc pergere tanto magis

\*) Eorum causa, ad quos libellus ille non pervenerit, moneo, hæc eo contineri: Admolior Plaut. Rud. 3, 1, 6, ut ubique alias, sign. *contendere*, *operam dare*, quum jungenda sint *ad nid. hir. asc. ut faceret*; Adigo aliquem arbitrum ubique sign. *aliquem ad arbitrum ire cogere*, nusquam, ut Freundius vult, *aliquem arbitrum arcessere*; Alienus Sall. Cat. 37 sign. *inimicus*, *iniquus*, non *insanus*, *delirus*; Alluceo Plaut. Pers. 4, 3, 46 non transitive dictum est; Afferre manus Cic. Verr. 2, 1, 26, ut ibique alias, sign. *vim afferre*, non, ut in lexicis est, *opem ferre*; Crassæ aquæ Ovid. Am. 3, 6, 9 sign. *turbidæ*, *turbatæ*, *unreine*; Circiter vere est præpositio, quam appellant, v. c. Cic. Att. 2, 4, 61 Sall. Cat. 17; Decimus non per se sign. *magnus*, *amplus*; Dissociabilis Hor. Od. 1, 3, 21 eodem modo interpretandum videtur quo Tac. Agr. 3, ut Oceanus *diss.* dictus sit, quia jam cum ceteris mundi principiis in antiquum chaos confundi non possit; Enim nusquam per se *vim asseverandi et affirmandi habere ostenditur*; Fere nusquam sign. i. q. *potissimum*, *maxime*, *ganx*, *gerade*, *ebèn*; Forte nusquam est i. q. fortasse; Immemor Ter. Andr. 1, 1, 17 non nove passivo sensu dictum est, sed "exprobratio immemoris beneficii" est *objurgatio eius qui beneficii accepti immemor est*; Insuesco Liv. 5, 6, 1 dativo casu non junctum est; Invidus Hor. Ep. 1, 15, 5 sign. *iratus*, *succensens*; Impluvium et compluvium promiscue usurpantur; Renuncio Cic. Or. 1, 53 sign. *nuncio*, *narro*; Suggredior Tac. Ann. 4, 47 intransitive dictum est; Superjacio Liv. 10, 30, 4 sign. *supero* (jung. cum *fidem*).

in animum induxi, quod lexicon illud aliquanto auctius Germanice edituro \*) non alienum mihi videtur, novum consilii et instituti mei specimen adjungere. Non autem hoc mihi propositum fuit, ut nova quædam invenirem aut verbis et rebus obscurioribus novam lucem affunderem: neque id fert doctrinæ et ingenii mei ratio, neque hoc jure ab eo postulari credo, qui lexicon usibus discipulorum accommodatum scribere aggressus est. Sed id efficere studui, ut partim singulas res melius disponerem et commodius explicarem, partim locis scriptorum antiquorum diligenter inspiciendis errores aliquos, quos "aut incuria fudit aut humana parum cavit natura", tollerem, itaque aliquid afferrem, ut loci et verba scriptorum in lexicis usibus discipulorum accommodatis rectius et accuratius explicarentur. Quod ne cui, non dicam contumeliosius, sed parum grate in priores lexicorum auctores dictum videatur, libentissime profiteor, me plurima debere viris præstantissimis, qui ante me lexica Latina condiderunt, et in plerisque rebus eorum vestigiis niti; sed laudes eorum non minuentur eo, quod post eos aliquis nonnulla rectius ordinasse et disposuisse, quædam correxisse sibi videtur.

---

\*) Nostratum causa moneo, eo libentius me consilium libri mei Germanice edendi cepisse, quod ea re occasio mihi datur jam nunc multa corrigendi, imprimis addendi, quæ in lexico meo aut incuriâ aut brevitatis studio prætermissa sunt; itaque jam nunc promittere audeo, alteram editionem, quum, ut sperare licet, post aliquot annos prodierit, et auctiorem et emendatiorem prodituram esse.

**Census.** Hæc vox quum vulgo ita adhibeatur, ut æstimationem bonorum civium Romanorum ipsorumque per classes distributionem significet, interdum ad res publicas aliarum gentium transfertur et de similibus apud eas institutis dicitur, vi vocis non mutata. Uno tantum loco, quantum quidem ego quærendo invenire potui, ita adhibita est, ut ad bona æstimanda civesque per classes describendos nihil pertineat, sed tantummodo significet *numerum inire*. Est hic locus apud Cæs. B. G. I, 29: *Eorum qui redierunt, censu habito\**), *reperitus est numerus C et X*, ubi de Helvetiis ex proelio reliquis et domum a Cæsare remissis loquitur auctor. Debeo hoc Forcellino et Schellero: recentiorum lexicorum auctores (præter Muehlmannium) locus ille fugisse videtur.

**Consultum.** Quum alibi hæc vox *consilium* significet, uno loco\*\*) ita adhibitam esse volunt, ut de oraculo consulendo dicta sit ("*die Anfrage*") ; scilicet ita locutum esse Tacitum Hist. 2, 4: *Sostratus ubi læta et congruentia exta magnisque consultis annuere deam videt*. Narratur ibi de Tito oraculum in templo Veneris Paphiæ petente et de futura sua sorte sacerdotem consulente; itaque *magnis consultis* explicant "consultationi de rebus magnis" ("de imperio consuluit, an sibi fatis debeat" Ern.). Tutius et verius sine dubio communem

\*) Ita vero membra orationis dividenda puto, ut genitivus *eorum* ad *numerus* non ad *censu* referatur: voc. *census* vix usquam cum genitivo eorum hominum jungitur, qui censentur.

\*\*) Klotzius eodem modo explicat verba Virgillii Æn. 6, 151 *dum consulta petis*: verum non petuntur consultationes, deliberationes (*Anfragen*), sed respondetur iis (ut Cic. Att. 8, 4, 3 dixit: "exspecto literas tuas, quid respondeant consultationi meæ"), petuntur consilia, responsa. Est igitur = consilia, oracula.

vocis significationem hic quoque retinebimus, ut "magna consilia" (*hans store Planer, seine grossen Pläne für die Zukunft*) intelligamus, quibus dea. annuere i. e. *favere, propitiā se præbere, prosperum eventum portendere* dicitur, quemadmodum Virg. Georg. 1, 40 et Æn. 9, 625 dixit *audacibus annue coeptis*. Neque usquam, quod sciam, "annuere consultationi, quæstioni" dictum est, sed "annuere alicui, aut "a. alicui aliquid".

**Convalesco.** Quod apud Suetonium Aug. 42 dicitur *ut tandem annonā convaluit*, in lexicis nunc vulgo explicatur "ubi annonā levata est, pretium frumenti minutum est ("als das Getreide wohlfeiler wurde"). Non adducor ut credam, *convalescere* i. e. *vires sumere, validiorem fieri*, pro eo dici posse quod est *viliorem fieri, minoris venire*, nec opus est ita interpretari. Suetonius *annonam* i. e. *segetes, frumenti annum proventum, convaluisse* i. e. *lætius rursus crescere, uberiorem fieri coepisse* dixit, quemadmodum Colum. 4, 16 dicit: *Semina quanto celerius liberata sunt consortio vivradicum, tanto facilius convalescunt*; Sueton. Aug. 92: *veterrimæ ilicis demissos jam ad terram languentesque ramos convaluisse suo adventu lætatus est*; Sen. ep. 2, 2: *non convalescit planta quæ sæpe transfertur*. Ita recte Bremi (*das Getreide ward gesund, gedieh wieder*) et, ut videtur, Scheller in lex.

**Convaso.** Non satis accurate nunc vulgo reddunt "casa colligo, sarcinulas compono", *die Geräte zusammenpacken*, quasi sit verbum intransitivum quod dicunt, rerum quæ colliguntur notionem in se habens. In paucis, ubi exstat hoc verbum, locis transitive dictum est (ita Ter. Phor. 1, 4, 13 *aliquid convasassem*), et res, quæ colliguntur, accusativo casu adjectæ sunt: itaque reddendum erat "zusammenpacken, einpacken", ut recte Scheller et Muehlmannius.



**Dejectus.** Quod Cæsar. B. G. 2, 8 (coll. 2, 22) collēm, in quo castra adversus Belgas posuerat, describens dicit: *quod is — collis — ex utraque parte lateris dejectus habebat*, in lexicis (non Kärcheri) nunc vulgo redditur *locus depressus*, *Niederung*, *Tiefe*. Verum, si ita interpreteris, satis frigide hæc adjecta videntur; omnem enim collem, qua desinit, loca inferiora excipere necesse est. Ad sensum loci aptius et ad vim vocis primariam accommodatius Herzogius ad l. c., Scheller, Forcellinus reddunt *declivitates*, "*abchüssige, jäh aufsteigende Seiten*" (recte verba *lat. dej.* junxisse videtur Herzogius; si *lateris* cum *parte* jungis, alterutrum horum verborum supervacaneum est). Eodem modo Plinium Hist. Nat. 2, 71, quum *in dejectu positus* dixit hisque opposuit quod sequitur *sic illam terræ devexitatem transgressis*, non simpliciter locum inferiorem sed devexum dixisse facile, opinor, intelliget quicumque totum locum accuratius consideraverit.

**Deliquesco.** Volunt (Freund, Georges, Klotz) hoc verbum translate dictum esse pro eo quod est *hinschwinden*, *vergehen* (Kärcher adjicit *vor Begierde*); hoc enim sensu Ciceronem Tuscul. 4, 17 scripsisse: *Ergo is, quisquis est, qui moderatione et constantia quietus animo est sibi que ipse placatus, ut nec tabescat molestiis, nec frangatur timore, nec sitienter quid expetens ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliqueseat, is est sapiens, quem quaerimus* etc. Sed manifestum est, notionem contabescendi et pereundi ab hoc loco alienam esse. Primum nemo alacritate futili (i. e. lætitia gestiente, ut Cicero ipse cap. 16 interpretatus est *alacritas inanis*, pro qua h. l. dixit *a. futilis*) perit: effeminetur eà, mollescat, effertur fortasse, certe non peribit. Deinde verba

Ciceronis obstant: supra enim (16, 36) ægritudinem et metum "tabificas mentis perturbationes" dixit, cupiditatem vero et alacritatem inanem "hilariores" appellavit, ut non facile subjicere posset, quemquam iis perire. Imo Cicero *alacritate* i. e. *lætitiâ gestiente deliquescere* dixit eodem sensu quo dicitur *diffluere* otio, luxuriâ, mens *dissoluta* luxu, homo *dissolutus*, simill.; quem animi habitum Cicero supra, § 35, describit (*tum effertur alacritate, ut nihil ei constet quod agat*).

**Distineo.** Quod apud Ciceronem in orat. pro Plancio 33, 79 legitur *distineor tamen et divellor dolore*, in plerisque lexicis explicatur *ich vergehe und möchte fast zerspringen vor Schmerz*. Sed si totum locum consideraveris, intelliges, non hoc tantum dicere Ciceronem, graviter se dolere, sed *animum suum in diversas partes trahi, in diversa studia abire*, quoniam "propter hominum de se bene meritorum contentiones accideret interdum, ut non posset in omnes gratus videri", quemadmodum in illa causa et Laterensem accusatorem Plancii offendere nollet, et salutem Plancii omnium maxime defendere et vellet et deberet.

• **Efferitas.** Ne quis auctoritate lexicorum nonnullorum inductus credat, hoc esse vocabulum Latinum, breviter moneo, apud Ciceronem in orat. pro Sest. 42, 91, quem locum laudat Georgius, *ex feritate, non efferitate*, scriptum esse, et apud Lactantium Mort. persec. 9 pro *efferitas* rectius scribi et *feritas*. Similiter Georgius habet verbum Egigno, quod falsæ scripturæ unius loci apud Lucr. 2, 702 debetur.

**Emissio.** Noli lexicis quibusdam credere, hanc vocem apud Ciceronem, Tuscul. 2, 24, 57 (*ut enim ballistæ lapidum et reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehe-*

*mentius*) "metonymice" significare facultatem emittendi et conjiciendi, "*die Schwungkraft*". Est simpliciter conjectio, actus emittendi, et auctor *gravioribus emissiones habent* dixit pro *maiore cum vi conjiciuntur*.

**Eripio.** Quod multis locis legitur *eripere se*, vix usquam simpliciter significat "festinanter alicunde abire", *sich eilends davon machen*, ut in lexicis redditur, sed semper ita dicitur, ut periculo vel difficultati alicui alicuius se subducere dicatur, = *frelse sig, sich retten*. Itaque quod apud Cæsarem B. G. 1, 4 dicitur *per eos ne causam diceret, se eripuit* (Orgetorix), non ita interpretandum est, ut verbis *ne-diceret* consilium afferri statuamus, quo inde (ex vinculis) festinanter abiret, sed verbis *ne-diceret* periculum indicari putandum est quod ope clientium effugit O.: quare non vertendum est "*han flygtede derfra, for ikke at komme til at forsvare sig*", "*er machte sich eilends davon, damit er nicht sich zu vertheidigen genöthigt werden möchte*", sed "*han reddede sig fra at forsvare sig*", "*er entzog sich der Verantwortung*", ut recte alii.

**Expers.** Non debebant Muehlmannius et Georgius *vertere einer Sache beraubt*, laudato loco notissimo Horatii Od. 3, 14, 10 *Vos o pueri et puellæ jam virum expertes*, ("*die ihr eure Väter und Männer verloren habt*"). Ibi enim *expertes* est conjectura Cuninghams, vel ideo rejicienda, quod hoc adjectivum nusquam per se eum significat, qui rem, quam habuit, amisit, ut sit i. q. orbatus, privatus, sed tantummodo eum, ad quem nulla pars rei alicuius pertinet\*), = carens. Vidit hoc sine dubio Jahnus, vir

\*) Plaut. Amph. 2, 2, 81 dicitur *eo more expertem te factam*, non simpliciter *expertem*; Pers. 4, 3, 40 *expers domo* est *qui domi non est, domo absens*.

prudentissimus, quare, quum conjecturam illam reciperet, rectius eam interpretari voluit explicans *puellæ inuuptæ*. Sed huic interpretationi ad sensum non malæ obstat vocabulum *jam*, quod tum ferri nequit. Codicum scripturam *expertæ* recte defendit et interpretatus est præter alios Orellius.

**Fugere.** Non observasse videntur lexicorum auctores, hoc verbum interdum ita adhiberi, ut significet non *fuga aliquid vitare*, ut vulgo, sed *nolle, rejicere, aspernari*. Ita locutus est Livius 9; 1: *quem tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum judicem feram, neminem neque populum neque privatum fugio*; ubi hoc dicit dux Samnitium, tam justam esse Samnitium causam, ut vel quovis iudice vincere possent, itaque neminem esse quem iudicem fugere i. e. rejicere opus sibi esset. Opponitur *iudicem ferre*, quod quid sit constat. Ita in loco simili apud Livium 8, 33 *provoco ad populum cumque tibi, fugienti exercitus tui, fugienti senatus iudicium, iudicem fero*, ubi *fugienti* male reddunt *contemnti*: imo est *recusanti, rejicienti*. Eodem modo verba Virgilio Ecl. 3, 54 *nec quemquam fugio* recte interpretatus est Heyne *nec q. iudicem recuso*; si enim totum locum consideraveris, videbis, hæc verba referri ad v. 50, ubi primum desiderium iudicis alicuius indicatur, deinde Palæmon tunc ipsum commode accedere iudexque a Menalca ferri dicitur, quem deinde Damon non magis quam ullum alium se fugere dicit. Denique hac una ratione commode explicatur locus Horatii Od. 1, 28, 20 *nullum sæva caput Proserpina fugit*, ubi miræ quædam excogitarunt interpretes. Alii explicant *nullo capite abstinuit*, quod verbum *fugit* significare non potest. Alii (Lübkerus, Freundius in lex.) poetam per hypallagen quandam inauditam ita dixisse volunt pro "nullum caput

fugit Proserpinam" ("*Keinem entging die grausame Pr., d. i. Keiner entging dem Tode*"); hoc autem divinare non interpretari videtur. Alii (Orellius, Dillenburgius) cum scholiastis intpp.: "nullum caput Proserpina timet ac per hoc neminem exceptum habet"; "nemo tam gravis est, quem Proserpina, id est mors, fugiat, timeat, ad quem mors non accedat". Sed hominem tam portentosæ magnitudinis et gravitatis, ut mors ipsa eum timeat nec tangere audeat, nemo poetarum antiquorum finxit aut, qua erant sanitate mentis, fingere voluit. Imo hoc dixit poeta: "nullum caput Proserpina *aspernatur, recusat*" i. e. mors omnes homines sortitur et excipit. Plane simili modo dixit Lucanus Pharsal. 2, 75: "*mors ipsa refugit sæpe virum*", quem locum Orellius laudavit quasi pro sua loci nostri interpretatione staret. Verum quam maxime repugnat totius loci ratio; ibi enim non de fortitudine et magnitudine animi Marii loquitur poeta, sed describit summam eius calamitatem miserrimamque condicionem, in qua ipsa mors tamen eum refugit, aspernata est i. e. ei contingere non potuit.

**Gloriatio.** Non satis accurate vertunt *das Rühmen, laudatio*, id quod non magis significat quam *gloriar* est i. q. *laudare*. Exstat hæc vox duobus locis in libris Ciceronis de Fin., 3, 8, 28 et 4, 18, 50 (*gloriatione, ut ita dicam, dignam esse vitam beatam*). Quod quin eo sensu dictum sit, ut significet *dignam de qua quis gloriatur*, nemo dubitabit qui meminerit, Ciceronem eodem sensu dixisse vitam beatam esse gloriandam \*). Itaque verti de-

---

\*) Tusc. 5, 17, 50 *beata vita glorianda et prædicanda et præ se ferenda est*; cfr. ibid. 49: *est in aliqua vita prædicabile aliquid et gloriandum ac præ se ferendum*.

bet "actus gloriandi", *det at rose sig (af Noget)*, das *Sich-Rühmen*.

**Ilia ducere.** Falso hoc in lexicis reddunt *die Lenden nachschleppen*, *sich langsam, mühselig fort-schleppen*. Meliora jam pridem dederunt interpretes ad Horat. Ep. 1, 9: est "ægre spiritum ducere", "frequenter anhelare", quum præ lassitudine fit respiratio difficilis, ut recte explicat Forcellinus, laudatis verbis Plinii 26, 6, 15: *jumentis non tussientibus modo sed ilia quoque trahentibus verbascum auxiliatur*.

**Inæqualis.** Quod apud Horatium Od. 2, 9, 3: dicitur *inæquales procellæ*, in lexicis falso, si quid video, redditur *das Meer aufregend*, comparato *tonsore inæquali* apud Horat. Ep. 1, 1, 94. Ex totius loci ratione "*inconstantes et mutabiles, modo maiore modo minore cum impetu flantes*" poeta dixisse putandus est, quemadmodum Ovid. Met. 1, 117 dicitur *inæquales auctumni*. Monuit jam Orellius ad l. c.

**Indulgens.** Uno loco hoc participium adjective usurpatum inusitate cum dativo casu junctum esse traditur a Forcellino, Freundio, Georgio (quos olim non satis caute hac in re secutus sum). Est hic locus apud Livium 24, 25: "Hæc natura multitudinis est: aut servit humiliter aut superbe dominatur; libertatem, quæ media est, nec spernere modice nec habere sciunt, *et non ferme desunt irarum indulgentes ministri*". Sed non hoc dicit scriptor, esse ministros absolute sic dictos, qui iris plebeiorum indulgeant i. e. faveant et auxiliëntur, sed "non deesse qui plebi indulgentes se promptos irarum eius ministros præbeant": itaque rectius et facilius junguntur *irarum ministri*, quemadmodum dicitur "minister libidinis" et simil.

**Inhio.** Quod apud Virgilium *Æn.* 4, 64 de Didone dicitur: *pecudumque reclusis pectoribus inhians spirantia consulit exta*, non satis accurate a Georgio explicatur *nach Etwas forschen* = anquirere, investigando quærere; a Freundio pæne ridicule, *den Mund nach Etwas aufsperrern*, quasi eadem sit huius loci ratio atque verborum Ciceronis in orat. in Catil. 3, 8, 19: *Romulus lactens uberibus lupinis inhians*; ibi autem verbum illud proprie dictum et aptissimum esse, nostro loco eum sensum ineptum esse facile apparet. Recte explicavit jam Forcellinus in lexico: *vehementer in aliquid intendere cognoscendi causa aut videndi*, quemadmodum ideam Virgilius *Æn.* 7, 812 dixit: "Illam omnis tectis agrisque effusa Juventus, Turbaque miratur matrum et prospectat euntem, *Attonitis inhians animis*". Reddi potest "attente et animo commoto inspiciens", *stirrende paa, anstierend*.

**Insepelio** verbum, sive, ut Forcellinus, Schellerus, Freundius paulo cautius (quamquam ad rem non multum interest) *adj.* **Insepultus**, = *in loco aliquo sepelio*, ex lexicis ejiciendum est, quum falsæ unius loci interpretationi hæc vox debeatur. Cicero in orat. Phil. 14, 12, 33 hæc dicit: "Actum igitur præclare vobiscum\*), fortissimi, dum vixistis, nunc vero etiam sanctissimi milites, *quod vestra virtus nec oblivione eorum, qui nunc sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit*, quum vobis immortale monumentum suis pæne manibus senatus populusque Romanus exstruxerit". Primum vix usquam res aut homo oblivione aut reticentia *sepultus* dicitur; "obrutus" (aut simill.) oblivione dicitur, quemadmodum "*sepultus* vino

---

\*) Alloquitur Cicero milites legionis Martiæ se iudice de patria bene meritos.

et somno", "inertia *sepulta*" = segnis, languida et simill. Deinde alio ducit totius loci ratio, quum non tantum de memoria et commemoratione grata illi legioni debita loquatur Cicero, sed monumentum ei singulare deberi dicat\*); itaque h. l. per voc. *insepulta non sepulta* = *oblivioni tradita* intellexisse putandus est, sed *non sepulta* = *monumento debito carens*. Quare non dubito quin hoc dixerit auctor: "vestra virtus nec propter oblivionem ullam eorum, qui nunc sunt, nec propter reticentiam posterorum\*\*) sine monumento debito esse poterit". Ita locum recte interpretatus est olim Ferrarius: "Arbitror virtutem *non insepultam* propemodum pro *immortali* dixisse propter elogia monumentorum atque literas, quæ in sepulcris inscribi solent ad declarandas virtutes ac facta sepulcorum. Virtus igitur militum non *insepulta* erit: immortalitati commendabitur, quod sepulcrum monumentumque habebit, cuius inscriptio ipsam gentibus omnibus atque omnium seculorum posteritati notam faciet". Ab eo discesserunt Gruterus et quantum scio recentiores, saltem auctores lexicorum, quum Garatonius ad l. c. veram Ferrarii interpretationem optime confirmaverit laudatis similibus locis. Ne quis enim dubitet, quin hoc sensu *sepulcrum*, *sepultus* dici possit ut *monumentum*, *monumento ornatus* significet, similiter locuti sunt alii: Horat. Epod. 9, 25: *Africanum, cui super Carthaginem virtus sepulcrum condidit*. Valer. Max. 1, 7, 3: *Simonides elegantissimo eum carmine æternitati conse-*

\*) Supra (12, 31) hæc dicit: Placet igitur mihi, patres conscripti, legionis Martiæ militibus et eis, qui una pugnantes occiderunt, *monumentum fieri quam amplissimum*.

\*\*) Ita ablativi illi intelligendi erunt, ut non rem, in qua virtus illorum quasi sepulta jaceret, iudicent, sed rationem et causam, qua fieri posset, ut monumentum debitum illis non extrueretur.



*cravit, melius illi et diuturnius in animis hominum sepulcrum constituens quam in desertis arenis struxerat.* Statius Silv. 2, 7 dicit, Lucanum "carmen (Pharsal.) Pompeio *Pharo superba altius sepulcrum daturum esse*". Item Græce loquuntur: Anthol. 3, 14: Hector Ἴλιός, αὐτὸς "Ὁμηρος ἐμοὶ τάφος inquit; ibid. 3, 5 Themistocles Ἀντὶ τάφου λιτοῖο θεῶς Ἑλλάδα — Στάλα δ' ἄ Σαλαμίς ἐπι-κεῖσεται inquit\*). Commode Garatonius ascripsit verba Thucydidis 2, 43 ad nostrum locum illustrandum aptissima: Κοινῇ γὰρ τὰ σώματα διδόντες ἰδίᾳ τὸν ἀγγέρον ἔπαινον ἐλάμβανον καὶ τὸν τάφον ἐπισημότατον, οὐκ ἐν ᾧ κεῖνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ᾧ ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῷ ἐντυχόντι ἀεὶ καὶ λόγου καὶ ἔργου καιρῷ ἀείμνηστος καταλείπεται. ἀνδρῶν γὰρ ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος, καὶ οὐ στήλων μόνον ἐν τῇ οἰκείᾳ σημαίνει ἐπιγραφὴ ἀλλὰ κτλ. . . Itaque e lexicis ejicienda est hæc vox, et loco nostro intelligendum *insepulta* = *non sepulta* i. e. monumento carens.

**Insono.** Non omnino accurate in lexicis hoc verbum neutrum dicitur redditurque *ertönen, sich hören lassen*. Dicendum erat, et intransitive adhiberi (*insonuere cavernæ* Virg. Æn. 2, 53; *calâmis agrestibus insonat ille* Ovid. Met. 11, 161; *unda insonuit* ibid. 4, 688) et transitive, accusativo junctum, = *facere ut aliquid sonet, sonitum rei alicuius efficere*: ita Virg. Æn. 7, 451 *verbera insonuit* = *flagris\*\**) increpare, *facere ut flagra sonent, die Peitsche erschallen lassen*.

\*) Debeo hos locos Bentleio ad Hor. l. c., ubi plura invenies.

\*\*\*) Pro quibus *verbera* dixit poeta ut 7, 336 *inferre v.* = *inferre flagra*, vid. in tpp. ad h. l. Itaque non opus est cum Freundio vertere "*die Schläge erschallen lassen*".

**Insterno.** Non satis accurate hoc verbum in lexicis\*) simpliciter explicatur *bedecken, überdecken*, quasi omnium, ubi exstat, locorum ratio eadem sit. Imo duplici ratione adhibetur, primum ita, ut objectum quod dicunt sit res, quæ alii cuidam rei tegumenti vel straguli instar superinjicitur; deinde ita, ut objectum sit res quæ re superinjecta tegitur. Prioris generis est locus Horatii A. P. 279 *Aeschylus et modicis instravit pulpita tignis*, ubi si *contexit* interpretaris, contra usum dicendi *pulpita pro tigna, tignis* pro *tabulis* dixisse poeta putandus est. Itaque interpretandum: *legte seine Bretter auf mässige (mässig hohe) Balken*. Eodem modo vetus poeta *pontibus instratis conjunxit litora Xerxes* dixisse traditur (vid. Forcell.); et quod Statius Theb. 12, 800 dixit, *turbine quo sese caris instraverit audax ignibus Evadne*, equidem non cum Freundio et Georgio verterim simpliciter *sich hineingestürzt hat*, sed poetam hoc voluisse putaverim, ut igni *incubuisse*, rogo superstrata jacuisse dicatur Evadne. Posterioris generis sunt reliqui loci, ubi v. c. *caverna palea instrata, torus modice instratus* etc. dicitur.

**Intersum.** Narratur in lexicis hoc verbum etiam *differre, discrepare, διαφέρειν*, significans dativo casu jungi: scilicet ita locutum esse Horatium Art. poet. 231 in loco notissimo: *effutire leves indigna tragoedia versus, ut festis matrona moveri jussa diebus, intererit Satyris paulum pudibunda protervis*. Nescio, unde hoc in lexica irrepserit; nam interpretes Horatii, quantum scio, omnes recte intellexerunt "tragoedia \*\*) paulum p. inter Satyros erit, aderit Satyris", *wird unter den Satyren sein*. Ne quem

\*) Muehlmannius recte auf *Etwas dekken, aufschlagen*.

\*\*) Ridicule Arnoldus intellexit "matrona", vid. Orell.

offendat ratio dativi, qui adjectus est verbo, quum non rem significet sed eos inter quos aliquis est, primum Suetonius Oth. 6 dixit *interesse sacrificanti*, quod recte Wolfius interpretatus est *inter alios adesse*; deinde poeta facile ex *προσωποποιία*, quæ h. l. est, excidere potuit et propriæ sententiæ adhærescens verba ita informare quasi dixisset "spectaculo fabulæ satyricæ intererit, juncta erit".

**Munimentum, Munio** etc. In his verbis interpretandis auctores plerique lexicorum hoc errasse mihi videntur, quod primariam eorum vim statuerunt esse *defendendi, tutum* aliquid *præstandi*, pro ea quam primam esse puto, *ædificandi, exstruendi, condendi* (*mure, bygge — mauern, bauen*) \*). Primum id persuadet vocabulum *moenia*, unde *munio* pro antiquo *moenio* dictum est, quemadmodum antique (Lucr. 4, 221; Virg. Æn. 10, 24) *moerus* pro *murus* dicebatur \*\*). Constat enim, illud verbum sæpe communiter de toto ædificiorum urbanorum corpore dici,

\*) Editor Germanicus Lexici Forcell. eandem sententiam secutus est, sed non satis constanter, quum a Græco verbo ἀμύνη ductum velit.

\*\*\*) De qua re recte Serv. ad Virg. Æn. 10, 24: "*Moerorum* antique pro *murorum*; nam veteres pleraque eorum, quæ nos per *u* dicimus, per *oe* diphthongum pronunciabant". Falso alii (vid. Forcell.) a Græco *μοῖρα* s. *μοῖράω* deductum voluerunt. Hinc, ut constat, *Pomoerium* et, quod in lexica recipiendum credo, quamquam ipse recipere non ausus sum, novum verbum *Circamoerium*. Ita enim apud Liv. 1, 44 ego cùm Rhenano pro vulg. "*circa murum* (Alsch. *circa moerum*) locus" scribendum existimo, quum et eo ducant meliores codd. (M. habet *circa moerium*, P. *circa moerim*) et id optime conveniat rationi loci. Hoc enim dicit Livius: "*Pomoerium* nunc dicitur locus ille, quod pro *postmoerium* est; proprie autem non *postmoerium* appellandus erat, quum regionem significaret et extra et intra murum sitam". Itaque in hoc vocabulo eadem compositionis forma servanda quæ in *postmoerium* erat. Monui jam in Ep. crit. ad Alschefskium Part. II.

nulla muri ratione habita \*) ; eamque primariam vocis significationem vel ideo puto, quod, si in voce ipsa inesset notio præsidii, non facile intelligitur, quomodo poetæ (vid. lexx.) *moenia navis, theatri, mundi* dicere potuerint, quum ibi notio præsidii et tutelæ aliena sit et tantummodo *parietes, septa* intelligantur. Deinde similiter verba *munio, munitio* etc. sæpius ita adhibentur, ut non præsidii et tutelæ sed tantummodo ædificandi et extruendi notio adsit; cuius rei exempla aliquot ex locis veterum scriptorum afferam, quos eam ipsam ob causam non satis accurate intellexerunt, quod illam præsidii et tutelæ vim in vocibus illis inesse voluerunt, quum auctores tantum ædificationem et extruentionem intellexerint. Non enim solus\*\*) Plautus (Mil. Gl. 2, 2, 75 *magna munis moenia*) ita dixit: Corn. Nepos quum Them. 6 dixit *interim omnes — undique quod idoneum ad muniendum putarent congererent*, intellexit simpliciter res ad omnem ædificationem idoneas; et quod Liv. 1, 8 dixit "*Crescebat interim urbs, munitionibus alia atque alia loca appetendo, quum in spem magis futuræ multitudinis quam ad id quod tum erat hominum munirent*", non de præsidiis et propugnaculis ullis urbis dixit, sed de ædibus et domiciliis futurorum civium, quasi dixisset *nova aliis atque aliis locis ædificia extruendo, quum — ædificarent*. Eodem pertinent loca, ubi dicitur *munire viam, iter*, et, quod inde ductum est, *munire rupem, silvam* = viam muniendo perviam reddere, vel *abs.* (Liv. 21, 37) *muniendo fessi homines*. Ita singulari ratione Tacitus Ann. 15, 38 *munimenta* de parietibus et muris domos cingentibus et ad incendium arcendum interjectis (*Brandmure, Brandmauern*) dixit; quem vocis illius usum frustra in lexicis quæsi.

\*) Cic. Cat. 2, 1: "*moenibus* ipsis intra moenia nulla jam perniciēs comparabitur"; Virg. Æn. 6, 549 "*moenia* lata videt triplici circumdata muro". Plura vid. apud Forcell.

\*\*) Quod olim lexicorum auctoribus credidi. Hunc locum Georgius recte me cum intellexit.

II.

## Efterretninger

om

## Kolding lærde Skole

Skoleaaret 1851—52.

## I. Disciplene.

Ved Udgangen af Skoleaaret 1850—51 var Antallet af Skolens Disciple 65: Af disse udmeldtes før indværende Skoleaars Begyndelse 10 Disciple, nemlig: **F. Øvstgaard** og **E. Fredsted**, som efter at have bestaaet Afgangseramen agtede at fortsætte deres Studeringer ved Kjøbenhavns Universitet; **A. Bryndum**, **S. Baden**, **J. Ingversen**, **A. Storm** (formedelst anden Bestemmelse); **E. King** og **E. Bollemose** (for at dimitteres privat); **E. Chnhuus** og **J. Boesen** (for at gaae. over til Haderslev lærde Skole). Derimod optoges 6 nye Disciple, nemlig: 1) **Laurits Schjødte**. 2) **Andreas Michael Wisling**. 3) **Carl Heinrich Campen**. 4) **Johannes Eugenius Warming**. 5) **Andreas Frits Valter Torverdt**. 6) **Henrit Christopher Nicolai Borch**. Af disse indfattes Nr. 1—3 i III Klasse, Nr. 4—6 i I Kl. Skoleaaret begyndte saaledes med en Frequent af 61 Disciple. I Skoleaarets Løb ere 2 Disciple, nemlig **S. Kjær** af II Kl. og **M. Friderichsen** af III Kl., udmeldte, hvorimod 1 ny Discipel, **Peter Ammund Ammundsen**, gik fra det lærde Institut i Fredericia over til denne Skole og blev sat i V Kl. Skolen har derefter for Øieblikket et Antal af 60 Disciple, fordeelte saaledes paa Klasserne:

### VII Klasse.

1) **E. Jversen** (S. af afdøde Gaardeier J. i Sterelt ved Haderslev). 2) **L. Sabro** (Søn af afdøde Consistorialassessor S. i Kolding). 3) **S. Jngerslev** (S. af Skolens Rector). 4) **M. Jorgensen** (S. af Klubvært og Borgerrepræsentant J. i Kolding).

- 5) **S. Mehl** (S. af Kjøbmand M. i Veile). 6) **H. Wilstrup** (S. af Pastor, Consistorialraad B. i Borris ved Varde). 7) **C. Hertel** (S. af Provst H. i Eltang ved Kolding). 8) **L. Müller** (S. af Kjøbmand, Borgerrepræsentant M. i Kolding). 9) **G. Bryndum** (S. af Overlærer B. i Kolding). 10) **C. Nielsen** (S. af Particulier N. i Kolding). 11) **C. Gad** (S. af Provst G., Sognepræst i Kolding).

Af disse Disciple agte Nr. 1, 2, 3, 5, for hvis Vedkommende ifølge den ældre Plan VII Klasse er estaarig (see Skoleeft. for 1850—51 S. 37), at indstille sig til Udgangsexamens 2den Deel.

#### VI Klasse.

- 1) **H. Eiler** (S. af afdøde Provst E. i Leirskov ved Kolding). 2) **L. Schwensen** (S. af Procurator S. i Kolding). 3) **A. Borch** (S. af Stadshauptmand, Kjøbmand B. i Kolding). 4) **C. Schjødt** (S. af Pastor S. i Sønder-Maby i Fyen). 5) **H. Helm** (S. af Pastor H. i Ronæs i Fyen). 6) **A. Hertel** (Broder til Nr. 7 i VII Kl.). 7) **P. Arnt** (S. af Amtsfuldmechtig N. i Ringkjøbing).

#### V Klasse.

- 1) **L. Ingerslev** (Broder til Nr. 3 i VII Kl.). 2) **H. Ollgaard** (S. af afdøde Procurator D. paa Tanderupgaard ved Ringkjøbing). 3) **Ch. Petersen** (S. af Provst P. i Smidstrup ved Fredericia). 4) **H. Gad** (Broder til Nr. 11 i VII Kl.). 5) **H. Bryndum** (Broder til Nr. 9 i VII Kl.). 6) **P. Ammundsen** (S. af Proprietair N. i Smidstrup). 7) **P. Warming** (S. af Agent, Kjøbmand og Borgerrepræsentant B. i Kolding).

#### IV Klasse.

- 1) **S. Helm** (Broder til Nr. 5 i VI Kl.). 2) **L. Wimmer** (S. af Soldassistent B. i Flensborg). 3) **L. Blom** (S. af

Skolelærer B. i Citrup ved Kolding). 1) **A. Mazanti** (Pleiesøn af Proprietair Ingversen paa Aggersbøl ved Beile). 5) **M. Bryndum** (Broder til Nr. 9 i VII Kl. og Nr. 5 i V Kl.). 6) **C. Baumann** (S. af Pastor B. i Tandrup i Fyen).

### III Klasse.

1) **P. Lemming** (S. af Lieutenant, Toldcontrolleur L. i Beile). 2) **N. Hansen** (S. af Gæstgiver H. i Juellingholm ved Beile). 3) **A. Wisning** (S. af Proprietair W. paa Bønslydgaard ved Kolding). 4) **S. Baumann** (Broder til Nr. 6 i IV Kl.). 5) **L. Schjodte** (Broder til Nr. 4 i VI Kl.). 6) **P. Jürgensen** (S. af Pastor J. i Drenvad). 7) **C. Brandt** (S. af Bagermester B. i Kolding). 8) **J. Eiler** (Broder til Nr. 1 i VI Kl.). 9) **L. Müller** (Broder til Nr. 8 i VII Kl.). 10) **C. Campen** (S. af Mølleeier C. i Nebel Mølle ved Kolding).

### II Klasse.

1) **C. Vilgaard** (Broder til Nr. 2 i V Kl.). 2) **Ch. Ekeroth** (S. af Overlærer E. i Kolding). 3) **J. Jørgensen** (Broder til Nr. 4 i VII Kl.). 4) **H. Møller** (S. af afdøde Landmaaler M. i Vorbasse). 5) **H. Anchersen** (S. af Cancelliraad A. i Beile). 6) **S. Borch** (Broder til Nr. 3 i VI Kl.). 7) **C. Gad** (Broder til Nr. 11 i VII Kl. og Nr. 4 i V Kl.). 8) **C. Warming** (Broder til Nr. 7 i V Kl.). 9) **C. Müller** (Broder til Nr. 8 i VII Kl. og Nr. 9 i III Kl.). 10) **S. Silstrup** (S. af Chordegne og Skolelærer F. i Kolding). 11) **S. From** (S. af Particulier F. i Haderslev). 12) **B. Aagaard** (S. af Malermester A. i Kolding). 13) **C. Petersen** (S. af Pastor P. i Sønder Stenderup ved Kolding). 14) **P. Petersen** (Broder til Nr. 13).



### I Klasse.

- 1) **E. Warming** (S. af afdøde Pastor W. paa Mønske).
- 2) **S. Torverdt** (S. af Kammerjunker, Herredsfoged T. i Kolding).
- 3) **H. Nissen** (S. af Dyrlæge N. i Kolding).
- 4) **H. Borch** (S. af Cancelliraad B. i Weile).
- 5) **Ch. Eilshou** (S. af afdøde Apotheker E. i Kolding).

Af disse 60 ere 30 saadanne, hvis Forældre eller Forsurgere have Bopæl i Kolding; de øvrige ere udenbys (deraf 8 fra det Elesvigste).

### II. Lærerpersonalet.

Da det ved Skoleaarets Begyndelse vidstes, at Adjunct **J. B. Jürgensen** snart kunde vente geistlig Befordring, blev efter min Indstilling den i Skoleaaret 1850—51 gjeldende Fordeeling af Underviisningsfagene paa Lærerne for det Første beholdt uforandret, forsaavidt som dette var muligt. Den af Cand. Pharm. **Jensen** i forrige Skoleaar besørgede Underviisning i Naturhistorie i de 4 nederste Klasser skulde efter denne Bestemmelse ganske bortfalde (man havde dengang Grund til at antage, at Adj. **Jürgensen** meget snart vilde fratræde), og Timerne besørges af de øvrige Lærere ved Underviisning i deres respective egne Fag. Siden overtog Overlærer **Ekerøth**, trods det store Timestal, han desuden havde, en Time i Naturhistorie i hver af de paa-gjeldende Klasser, for at ikke Faget skulde lide alt for meget ved den lange Standning. Efterat derpaa Adj. **Jürgensen** under 7de November f. A. var bleven kaldet til Sognepræst for Engom Menighed i Weile Amt\*), blev under 18de December f. A. Cand. Theol. **A. Wesenberg** constitueret som Lærer ved Skolen.

\*) Formedelt et i hans Familie indtruffet heist sørgeligt Dødsfald, samt egen Sygdem, maatte Pastor **Jürgensen** strax efter forlade sin Virksomhed ved Skolen, hvilken han ellers havde tilbudet at understøtte endnu noget længere.

Efterat han fra 7de Januar d. A. havde tiltraadt sine Functioner, har Underviisningen i den derefter forløbne Deel af Skoleaaret været saaledes fordeelt paa Lærerne:

<b>Rector, Prof. Jørgensen:</b> Latin og Græsk samt Oldsager og Naturhistorie i VII Kl., Fransk i V og VI Kl. ....	19	Timer.
<b>Overlærer Ersiel:</b> Dansk i V—VII Kl., Tydsk i V og VI Kl., Latin og Græsk med Mythologie i VI Kl. ....	25	—
<b>Overlærer Ekersth:</b> Mathematik og Naturlære i VII Kl., Naturhistorie i I—VI Kl. ....	26	—
<b>Overlærer Bryndum:</b> Historie i III—VII Kl., Geographie i III—VI Kl. ....	23	—
<b>Adjunct Müller:</b> Dansk i I og II Kl., Tydsk i I Kl., Religion i I—IV Kl. ....	25	—
<b>Adjunct Honne:</b> Dansk i III og IV Kl., Tydsk og Fransk i II—IV Kl. ....	24	—
<b>Adjunct Schmith:</b> Latin i IV og V Kl., Græsk i IV Kl. ....	22	—
<b>Constitueret Adjunct Burd:</b> Historie og Geographie i I og II Kl., Latin i III Kl., Græsk i V Kl. ....	26	—
<b>Constitueret Adjunct Wesenberg:</b> Regning og Mathe- matik i I—VI Kl., Hebraisk i VII Kl. ....	28	— *)
<b>Pastor Vinzer:</b> Religion i V—VII Kl. ....	6	—
<b>Timeklærer Møller:</b> Kalligraphie i I—IV Kl., Teg- ning i I—III Kl. ....	17	—

Desuden er af Overlærer Bryndum givet Underviisning i 6 ugentlige Timer i Gymnastik og Svømning\*\*), af Adjunct

\*) For de 2 ugentlige Timer har const. Adjunct Wesenberg Ertragedtgjørelse.

\*\*) Dvællerne i Exercits og Hugning ledes af forhenværende Soldatbetjent *Genrichsen*.

Schmith i 5 ugentlige Timer i Sang, af Cantor Kasmussen i 4 ugentlige Timer i Musik.

### III. Timefordelingen.

Denne har siden Nytaar været saadan, som nedenstaaende schematiske Oversigt viser. Til den vedfrieede Sum af hver Klasses ugentlige Timer maae endnu fries 2 ugentlige Timer til Undervisning i Sang, for de deri deeltagende Disciples Bedkommende, samt for 6 Disciple hver 1 eller  $\frac{1}{2}$  Time til Musik.

Klasse.	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	Sum.
Dans	6	4	3	2	2	2	2	21
Lydff	6	4	2	2	3	3		20
Fransf		6	3	2	2	3		16
Latin med Oldsager o. Litteraturhistorie			10	9	8	8	A. 8 B. 7	43
Græsk med Oldsager, Litteraturhistorie og Mythologie				5	5	5	A. 6 B. 5	21
Hebraisk							A. 3 B. 2	5
Religion med Bibelhistorie og Ny Testamente	2	3	2	2	2	2	B. 2	15
Historie	3	2	2	2	2	2	A. 3 B. 3	19
Geographie	3	2	3	2	3	2		15
Mathematik og Regning samt Astronomie	4	4	3	4	4	4	A. 4 B. 4	31
Naturhistorie	2	2	2	2	2	2		12
Naturlære							A. 3 B. 3	6
Kalligraphie	4	3	2	1				10
Regning	3	2	2					7
Gymnastik	(2)	(2)	(2)	(2)	(2)	(2)	(2)	6
Sang								5
Musik								4
	35	35	35	35	35	35	A. 31 B. 30	256

Af denne Oversigt sees, at de to Afdelinger af VII Kl. have haft særskilt Underviisning foruden, som tidligere, i Mathematik, Naturlære og Hebraisk, ogsaa i Historie, samt at den ældste Afdeling (A) har haft 2 særskilte Timer til Latin og Græsk parallelt med de 2 Timer, i hvilke den yngre Afdeling undervistes i Religion: i disse 2 Timer har A læst noget Latin og Græsk (see nedenfor) samt Oldsager, hvilket det, tildeels formodt de fra Krigen hidrørende Forstyrrelser, ikke var lykkedes tidligere at faae læst.

#### IV. Underviisningen.

I Henseende til Lære- og Læsebøger skete fra indebærende Skoleaars Begyndelse, overensstemmende med min Indstilling, de Forandringer, at Proschs Lærebog i Naturhistorien traadte istedetfor Bramsens og Dreiers, Kamus's Geometrie istedetfor Mundts, Herslebs Bibelhistorie istedetfor Kalkars, Bohrs historiske Lærebøger i III—VI Kl. istedetfor Estrups (hvilken dog, idetmindste indtil Videre, agtes beholdt i VII Kl. tilligemed Allens Danmarks Historie), Orellis fransøiscke Christomathie (2den Deel), istedetfor Herrmanns franz. Lehrbuch, samt at Webers Geschichte der deutschen Litteratur skulde bruges i VI Kl.\*).

I Henseende til Underviisningsplanen blev deels ved Begyndelsen af Skoleaaret deels i Løbet af samme vedtaget følgende Modificationer i den hidtil fulgte Fremgangsmaade. Skriftlige Ovelser i Tydsk skulde fremmes tidligere og noget stærkere end det hidtil er skeet, og til den Ende idetmindste 2 Gange maanedlig skrives Tydsk Dictat i II Kl., Tydsk Stil i III og IV Kl. Læsningen af Homer bliver udsat til VI Kl., for at ikke Disciplene skulde forvirres ved, saa kort efter at de ere blevne fuldstændigen bekendte med den Æltteste Sprogform, at begynde paa en fra

\*) Istedetfor denne er iaar foreslaaet Abrahams's nu udkomne Grundrids, hvilket allerede som Dansk har foretrakkes hiin.

denne saa afvigende poetisk; hvortil kom, at det dog i V Kl. ikkun kunde blive læst Lidet af Homer. Heraf vil forresten følge nogen Modification i den for Underviisningen i Græsk i V Kl. lagte Plan. I VII Kl., som nu er toaatig, bliver i det ene Aar læst Græsk og Latinsk Litteraturhistorie samt filosofiske Forfattere, en Tragoedie og Horats's Breve\*), foruden Andet, i det andet Aar Oldsager, samt historiske og oratoriske Forfattere tilligemed Digtere o. s. v. I dette Skoleaar har denne Plan endnu ikke ganske kunnet følges.

## V. Oversigt over det i Skoleaaret Læste.

### Dansk.

I Kl. **Molbechs** Læsebog S. 1—98. **Oppermanns** Grammatik forfra til § 4. Verbernes Bgning og Afsnittet om Stedordene ere mundtligent meddeelte. Enkelte Smaadigte af **Barfods** poetiske Læsebog ere lærte udenad. 3 Stile ugentligen, dels Dictat, dels Oversættelse af forhen læste Stykker i den Tydske Læsebog. — II Kl. **Molbechs** Læsebog S. 100—181. **Oppermanns** Grammatik med endeel Udvidelser, som mundtligent tilføiedes. Af **Barfods** poetiske Læsebog ere ligeledes nogle for denne Klasse passende Smaadigte lærte udenad. 2 Stile ugentligen, i det første Halvaar meest Oversættelse fra Tydsk, i det sidste meest Dictat, for at ove Disciplene i selv at tilføie Stilletegnene, som isorveien successivt vare gjennemgaaede. — III Kl. **Bolfs** profaiske Læsebog S. 1—60 er gjennemgaaet. Af **Barfods** poetiske Læsebog ere en Drel Digte lærte udenad. Hver Uge er

\*) Derseem man vilde læse Synderligt af det her Nævnte i et Skoleaar, i hvilket Litteraturhistorie ikke læses, vilde idegmindste den ene Afdeling savne den betydelige Understøttelse til at forstaae de omhandlede Skrifter, som Foredraget over Litteraturhistorien yder dem, og Underviisningen derved ikke lidet bespæres.

een Stil skreven hjemme og een paa Skolen. Opgaverne have deels bestaaet i Gjenfortællinger og udvidede Fortællinger, deels i Omsætning fra Poesie til Prosa, deels endelig i Oversættelser fra den Tydske og Franske Læsebog. — **IV Kl.** Af **Borgens** Veiledning ere de 23 første Lektionen gjenne-gaaede og læste. Øvelser i Oplæsning, deels med deels uden Forberedelse, ere anstillede efter **Holsts** Læsebog, især den prosaiske, dog ogsaa den poetiske Deel. Enkelte Digte ere lærte udenad. Øvelser i mundtligt Foredrag efter et opgivet Emne ere jævnlig anstillede. Hver anden Uge er en Stil skreven hjemme (Opgaverne som oftest afpassede efter **Borgens** Veiledning), hver anden Uge een paa Skolen (i Reglen Oversættelse af den Tydske eller Franske Læsebog. — **V Kl.** **Borgens** Veiledning 24de—36te Lektion. Hver Uge er skrevet en Stil enten hjemme eller (hver 3die Gang) paa Skolen. Opgaverne vare i Begyndelsen meest Skildringer, Fortællinger o. desl., i Slutningen af Aaret Forsøg paa smaa Afhandlinger, til hvis Disposition der meddeektes nogen Veiledning. I Begyndelsen af Aaret holdtes enkelte mundtlige Foredrag. Til Øvelse i Oplæsning m. M. benyttedes **Holsts** (prosaiske og poetiske) Læsebøger, af hvilke den største Deel er gennemlæst. — **VI Kl.** Litteraturens Historie er gjenne-gaaet for Disciplene fra **Holberg** (incl.) indtil vor Tid, nærmest efter **Chortsens** Udsigt; Prøver af de vigtigste Forfatteres Værker ere forelæste og oplyste ved enkelte Bemærkninger. I **Borgens** Veiledning er kortelig repeteret 30te—36te Lektion. Hver Maaned er der skrevet 2 Stile, den ene altid hjemme, den anden for det Meste paa Skolen, saaledes at en heel Dag (samtlige Underviisningstimer) er anvendt til en noget mere omfattende Udarbeidelse. I Begyndelsen af Skoleaaret holdtes enkelte mundtlige Foredrag. — **VII Kl.** **Chortsens** Litteraturhistorie er lært af Disciplene, og Prøver af de vigtigste Forfattere oplæste; de fleste Værker af den Danske Litteratur, som findes i Skolebibliotheket, ere bleve

Disciplene forelagte, for at de kunde gjøre sig noget bekjendt dermed. I **Borgens** Veiledning er lært det logiske **Excurs**. Hver Maaned ere to Afhandlinger skrevne hjemme.

### Endst.

I **Kl. Kungs** mindre Tydske Læsebog forfra til S. 117. Af Formlæren ere de 2 Conjugationer læste efter **Hjorts** større Grammatik og indøvede ved de tilsvarende Stykker i **Wolles** Materialier. — II **Kl. Kungs** mindre Tydske Læsebog fra S. 117 indtil Enden. I det første Halbaar er jævnlig en Deel af enkelte Timer anvendt til Tydske Diktat, som da er rettet og gennemgaaet paa Skolen. Af **Hjorts** Grammatik er Formlæren fuldendt, med Undtagelse af Afsnittet om Præpositionerne, og det Hele repeteret; samtidig Øvelser efter **Wolles** Materialier. — III **Kl. Jürs's** og **Kungs** Læsebog for Mellemklasser forfra indtil S. 109, dog med Forbigaaelse af „Goethes Ungdoms-Grindringer“. Formlæren er fuldendt og repeteret to Gange efter **Hjorts** Grammatik, med tilsvarende Øvelser efter **Wolles** Materialier. En Stil er skreven hver anden Uge efter **Kungs** Materialier. — IV **Kl. Jürs's** og **Kungs** Læsebog S. 93—199; heraf er dog læst cursorisk S. 134—144 og 159—176. Af **Hjorts** Grammatik læses de vigtigste Afsnit af Syntaxen, og Formlæren er i Harets Lob repeteret. Øvelser i at oversætte mundtlig fra Dansk til Tydske ere stadig anstillede efter **Bresemanns** Stileøvelser, dels med dels uden Forberedelse. To Stile om Maanedene ere skrevne efter **Bresemanns** Stileøvelser, de fleste hjemme, dog ogsaa adskillige paa Skolen. — V **Kl.** Af **Hjorts** Grammatik er læst hele Syntaxen og Kjonslæren, og det Øvrige repeteret. Af **Jürs's** og **Kungs** Læsebog for Mellemklasser er læst med Forberedelse S. 310—360; extemporalt S. 131—255. Af samme Forfatteres „Deutsche Dichter“ ere læste omtrent 30 udvalgte Digte af sidste Halvdeel. Hver Uge

er skrevet en Stil enten hjemme eller (hver 3de Gang) paa Skolen efter **Bresemanns** Stileøvelser (S. 99—102; 107—109; 112—133); af samme Bog er oversat mundtligt extemporalt fra S. 38 indtil Enden. — **VI Kl.** Af **Jürs's** og **Kungs** „Deutsche Dichter“ er læst de fleste Digte fra S. 146 indtil Enden (med Forberedelse); cursorisk er læst: de tilsvarende biographiske Notitser i samme Bog, omtrent 50 Sider i **Hjorts** Tydske (profaiske) Læsebog, **Schillers** Don Carlos og en stor Deel af **Webers** Geschichte der deutschen Litteratur. Af sidstnævnte Bog have Disciplene ogsaa lært lectievîis det Digtigste indtil omtrent Mar 1750. Hele **Hjorts** Grammatik er repeteret. Hver Uge er skrevet een Stil enten hjemme eller (hver 4de Gang) paa Skolen efter **Lorenzens** Stileøvelser S. 72—88. Af samme Bog er oversat mundtligt extemporalt S. 1—44.

### Frank.

**II Kl.** **Borrings** manuel des enfants fra S. 1—81 læst og repeteret. Formlæren efter **Abrahams's** Grammatik indtil de uregelmæssige Verber. Det i Grammatiken Læste er stadigen indøvet ved samtidig Brug af de tilsvarende Exempler i **Ingerslevs** Materialier. Disciplene have lært en Deel af de bag i Læsebogen værende Gloser. — **III Kl.** Disciplene i denne Klasse have i Mar, foruden det sædvanlige Pensum i **Borrings** manuel des enfants fra S. 81—146, ogsaa læst de bag i Læsebogen værende poetiske Smaaestykker. Formlæren er fuldendt og repeteret (det Meste to Gange) efter **Abrahams's** Grammatik, samt indøvet ved **Ingerslevs** Materialier, der altid have gaaet Haand i Haand med Læsningen af Grammatiken. — **IV Kl.** **Lassens** Francke Læsebog have Disciplene læst forfra til S. 94 (Bogens første Affnit), saaledes, at der ved den statariske Læsning er forbigaaet alle de Stykker, der efter Bogens Plan ere bestemte til at oversættes extemporalt og retroverteres. De saaledes be-



tegnede Stykker have Disciplene læst extemporalt; de lettere Smaa-  
stykker have de samtidig retroverteret efter den bag i Bogen givne  
Danske Text; af de større og vanskelige have de først i den  
senere Deel af Skoleaaret oversat en Deel i Slutningen af hver  
til Læsebogen anvendt Time. Af Syntaren i **Abrahams's**  
Grammatik er kun læst det Vigtigste om Artikkernes Brug, samt  
om Betydningen og Brugen af Verbernes forskjellige Tider.  
Iøvrigt er Formlæren repeteret, og en stor Deel af den til  
Grammatikunderviisning bestemte Tid anvendt til statariske og  
extemporale Ovelser i at oversætte fra Dansk til Fransk efter  
**Lassens** Opgaver, i det Hele omtrent 40 Stykker. — **V Kl.**  
Af **Lassens** Læsebog for de lavere Klasser læstes den fra **IV. Kl.**  
tilbagestaaende Deel, S. 79—94 og S. 122—135; derefter af  
**Orellis** *Chrestomathie für die mitleren Klassen* (Zürich 1848)  
S. 1—33 og S. 135—143 samt S. 168—173. I Alt læstes  
saaledes statarisk 74 Sider. For det Meste blev, for at gjøre  
det muligt at faae læst Mere og at gaae raslere frem, Lectien  
oversat for Disciplene, dog temmelig hurtigt, saa at deres For-  
beredelse endda maatte medføre Arbeide nok for dem, hvis de  
